

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio ag  
cum fonte primo

Phinees austeritatem, Helie zelum,

Petri seueritatem,  
Ananiam et Zaphiram trucidantis,  
Paulique constanciam  
que Elimam magum uiis Domini  
resistentem eterna cecitate dampnauit.  
Non est crudelitas sed pro Deo pietas.  
Vnde et in lege dicitur:  
Si frater tuus et amicus et uxor  
que est in sinu tuo  
deprauare te uoluerit,  
sit manus tua super eos  
et effunde sanguinem eorum  
et auferes malum de medio Israhel.

Ieronymus in epistola ad Riparium  
presbyterem de austeritate correctione.

legi enim siromasten  
Finees, austeritatem Heliae, zelum  
Simonis Chananaei,  
Petri seueritatem  
Ananiam et Sapphiram trucidantis  
Paulique constantiam,  
qui Elymam magum uiis domini  
resistentem aeterna caecitate damnauit.  
non est crudelitas pro deo pietas.  
unde et in lege dicitur:  
si frater tuus et amicus et uxor,  
quae est in sinu tuo,  
deprauare te uoluerit a ueritate,  
sit manus tua super eos  
et effundes sanguinem eorum  
et auferes malum de medio Israhel  
(Deut. 13:6, 9).

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,  
109.3.1-2 (CSEL 55, I. Hilberg ed., p.354,  
ll.13-21).